INSTITUTIO
Will. GRÆCÆ Saunders
GRAMMATICES
COMPENDIARIA
IN
USUM REGIÆ SCHOLÆ
Weſtmonaſterienſis.

In uſum ſtudioſæ Juventutis adduntur etiam quidam literarum nexus & ſcripturæ compendia, quæ partim Elegantiæ, partim Brevitatis causâ uſurpari ſolent.

Scientiarum Janitrix Grammatica.

LONDINI,
Excudit *Rogerus Norton*, Regius in *Latinis, Græcis, & Hebraicis* Typographus.
1719.
CUM PRIVILEGIO.

1
22

Studium Grammatices omnibus eſt neceſſarium.

Ἡ ΓΡΑΜΜΑΤΙΚΗ'
Τῶν ἰσχείων σωτηρίαν τυγχάνω,
Καὶ λέξιν ὀρθῶν, καὶ μέτροις ἁρμόζω.
Μιχ. ὁ Ψελλός.

Literarum nexus, qui in initio hujus libri antehàc poſiti fuere, in hac editione commodiùs in fine libri poſtponuntur.

MVSEVM BRITAN NICVM

Græ-

Græcorum Literæ.

Figura.	Nomen.	Potestas.
Α α	ἄλφα	Alpha a
Β β ϐ	βῆτα	Beta b
Γ γ ſ	γάμμα	Gamma g
Δ δ ∂	Δέλτα	Delta d
Ε ε	ε ψιλὸν	E pſilon e breve
Ζ ζ	ζῆτα	Zeta z
Η η	ἦτα	Eta e longum
Θ ϑ θ	θῆτα	Theta th
Ι ι	ἰῶτα	Iota i
Κ κ	κάππα	Kappa k c
Λ λ	λάμϐδα	Lambda l
Μ μ	μῦ	My m
Ν ν	νῦ	Ny n
Ξ ξ	ξῖ	Xi x
Ο ο	ο μικρὸν	o micron o parvum
Π π ϖ	πῖ	Pi p
Ρ ρ ῥ	ῥῶ	Rho r
Σ ς σ	σῖγμα	Sigma ſ
Τ τ ⅂	ταῦ	Tau t
Υ υ	υ ψιλὸν	Y pſilon u
Φ φ	φῖ	Phi ph
Χ χ	χῖ	Chi ch
Ψ ψ	ψῖ	Pſi pſ
Ω ω	ὦ μέγα	O mega O magnum.

Ex literis septē sunt vocales, φωνήεντα, α, ε, η, ι, ο, υ, ω.
Reliquæ septemdecim sunt consonantes, σύμφωνα.

Divisio Vocalium.

Vocales { Longæ, μακρὰ, η, ω.
Breves, βραχέα, ε, ο.
Ancipites, ἀμφίβολα, α, ι, υ.

Vocales { Mutabiles, μεταβολικὰ, α, ε, ο.
Immutabiles, ἀμετάβολα, η, ι, υ, ω.

Vocales { Præpositivæ, προτακτικὰ, α, ε, η, ο, ω.
Subjunctivæ, ὑποτακτικὰ, ι, υ.

Diphthongi { Propriæ, γνήσιαι, αι, αυ, ει, ευ, οι, υι.
Impropriæ, ψευδοχρησταὶ, α, η, ω, ηυ, υ, ωυ.

Diphthongi { Mutabiles, αι, αυ, οι.
Immutabiles, ει, ευ, υι.

Divisio Consonantium.

Consonantes sunt duplices: Mutæ, ἄφωνα, & semivocales, ἡμίφωνα.

Mutæ dividuntur in { Tenues, ψιλὰ, π, κ, τ.
Medias, μέσα, β, γ, δ.
Aspiratas, δασέα, φ, χ, θ.

Antistoicha, i. e. oppositæ earum { π, β, φ.
κ, γ, χ.
τ, δ, θ.

Semivocales sunt vel { Duplices, διπλὰ, ζ, ξ, ψ.
Liquidæ vel Immutabiles, ἀμετάβολα, λ, μ, ν, ρ.
σ est suæ potestatis litera.

Accentus.

Accentus, προσῳδίαι, sunt tres; acutus ὀξεῖα, gravis βαρεῖα, circumflexus περισπωμένη. Acutus habet locum in ultimâ syllabâ, penultimâ, & antepenultimâ. Circumflexus in ultimâ & penultimâ. Gravis tantùm in ultimâ signatur, sed in omni syllaba intelligitur, in qua nullus est accentus.

Omnis

Omnis acutus finalis in orationis contextu vertitur in gravem, præter τίς interrogativum.

Spiritus πνεύματα, duo sunt; lenis ψιλὸν', asper δασὺ῾.

Omnis dictio incipiens à vocali vel diphthongo spiritum tenuem vel asperum accipit in principio. Omnes dictiones incipientes ab υ vel ῥ aspirantur. Sed si medio ῥ geminatur, prius levigetur, alterum aspiratur: ut ἔῤῥωσο vale.

Apostrophus est nota rejectæ vocalis ob vocalem sequentem, ad hunc modum [᾽]

Rejiciuntur per Apostrophum vocales α, ε, ι, ο, diphthongi αι, οι· ut κατ' αὐτὸν pro κατὰ αὐτὸν. Si sequens vocalis aspiretur, mutatur tenuis præcedens in aspiratam, ut ἀφ' ἡμῶν pro ἀπὸ ἡμῶν.

Octo sunt partes Orationis.

Articulus, ἄρθρον. Nomen, ὄνομα. Pronomen ἀντωνυμία. Verbum, ῥῆμα. Participium, μετοχή. Adverbium, ἐπίῤῥημα. Conjunctio, σύνδεσμος. Præpositio, πρόθεσις.

Numeri, ἀριθμοὶ, tres: Singularis, ἑνικός. Dualis, δυϊκός. Pluralis, πληθυντικός.

Casus, πτώσεις sunt quinque: Nominativus, ὀνομαστική. Genitivus, γενική. Dativus, δοτική. Accusativus, αἰτιατική. Vocativus, κλητική.

Genera sunt tria: Masculinum, ἀρσενικόν. Fœmininum, θηλυκόν. Neutrum, οὐδέτερον.

ARTICULUS.

Articulus duplex. Præpositivus, προτακτικός, ut ὁ, ἡ, τὸ, hic, hæc, hoc. Subjunctivus, ὑποτακτικός, ut ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod.

Singular.				Dual.				Plural.			
	N.	G.	D.	A.	N. A.	G. D.		N.	G.	D.	Acc.
Masc.	ὁ,	τοῦ,	τῷ,	τὸν,	τὼ,	τοῖν		οἱ,	τῶν,	τοῖς,	τοὺς,
Fœm.	ἡ,	τῆς,	τῇ,	τὴν,	τὰ,	ταῖν,		αἱ,	τῶν,	ταῖς,	τὰς,
Neut.	τὸ,	τοῦ,	τῷ,	τὸ.	τὼ,	τοῖν,		τὰ,	τῶν,	τοῖς,	τὰ.

Articulus Subjunctivus.

	Singular.				Dual.				Plural.			
	N.	G.	D.	A.	N. A.	G.	D.		N.	G.	D.	A.
Mas.	ὁς,	οὗ,	ᾧ,	ὅν,	ᾥ,	οἷν,			οἱ,	ὧν,	οἷς,	ὕς.
Fem.	ἥ,	ἧς,	ᾗ,	ἣν,	ᾱ́,	ᾶν,			αἱ,	ὧν,	αἷς,	ἅς.
Neut.	ὅ,	οὗ,	ᾧ,	ὅ.	ᾥ,	οἷν,			ἅ,	ὧν,	οἷς,	ἅ.

Sic ὅστις, ἥτις, ὅτι, & ὅστις, ἥτις, ὅτι.

Declinationes κλίσεις, sunt decem, quinq; nominum simplicium, quinq; nominum contractorum.

Quatuor priores declinationes simplicium sunt parisyllabicæ, i. e. non crescentes genitivo. Quinta verò est imparisyllabica, i. e. genitivo crescens, ex qua oriuntur omnes declinationes contractorum.

Declinatio Prima.

Declinatio prima duas habet terminationes, ας & ης, generis tantùm masculini: ut ὁ Αἰνείας, Æneas, ὁ Χρύσης, Chryses; sed ὁ ᾱ ἡ Λῃστής, Latro, communis generis, ut aliqui volunt.

Sing. Nom. ὁ Αἰνείας, Gen. τοῦ Αἰνείου, Dat. τῷ Αἰνείᾳ, Acc. τὸν Αἰνείαν. Voc. ὦ Αἰνεία.

Dual. Nom. & Acc. τὼ Αἰνείᾳ, Gen. & Dat. τοῖν Αἰνείαιν, Voc ὦ Αἰνεία.

Plur. Nom. οἱ Αἰνείαι, Gen. τῶν Αἰνειῶν, Dat. τοῖς Αἰνείαις, Acc. τοὺς Αἰνείας, Voc. ὦ Αἰνείαι.

Sing. Nom. ὁ Χρύσης, Gen. τοῦ Χρύσου, Dat. τῷ Χρύσῃ, Acc. τὸν Χρύσην, Voc. ὦ Χρύσῃ.

Dual. Nom. & Acc. τὼ Χρύσᾱ, Gen. & Dat. τοῖν Χρύσαιν, Voc. ὦ Χρύσᾱ.

Plur. Nom. οἱ Χρύσαι, Gen. τῶν Χρυσῶν, Dat. τοῖς Χρύσαις, Acc. τοὺς Χρύσας, Voc. ὦ Χρύσαι.

Sing Nom. ὁ Κεῖστης, Judex, Gen. τοῦ κειστοῦ, Dat. τῷ κειστῇ, Acc. τὸν κειστήν, Voc. ὦ κειστά.

Dual. Nom. Acc. & Voc. τὼ κειστά, Gen. & Dat. τοῖν κειστοῖν.

Plur.

Plur. Nom. οἱ κεῖται, Gen. τῶν κειῶν, Dat. τοῖς κείταις, Acc. τοὺς κείτας, Voc. ὦ κεῖται.

De Genitivo.

Omnis Genitivus pluralis definit perpetuò in ων. In prima autem & secunda declinatione semper circumflectitur in ultima.

De Dativo.

Dativus singularis, in quatuor primis declinationibus, habet ι semper subscriptum, scilicet, α, η, ω, punctulo subjecto.

Quædam nomina in ας Doricè declinata, formant Gen. in α, ut ὁ Θωμᾶς, τοῦ Θωμᾶ.

De Vocativo.

Atticè semper vocativus idem est cum nominativo, & Poëticè sæpe usurpatur pro nominativo.

Nomina in
- τις, ut μητίετις Consiliarius,
- Gentilia, ut Σκύθης Scytha,
- Poëtica in πις, ut κυνώπις impudens,
- Composita à πωλῶ vendo, μετρῶ metior, τρίβω, tero,

formant vocativum in α brevi, ut ὦ μητίετα, ὦ Σκύθα.

Secunda Declinatio

Duas complectitur terminationes, α & η, generis fœminini, ut ἡ μοῦσα musa, ἡ τιμὴ honos.

Sing. Nom. ἡ μοῦσα, Gen. τῆς μούσης, Dat. τῇ μούσῃ, Acc. τὴν μοῦσαν, Voc. ὦ μοῦσα.

Dual. Nom. & Acc. τὼ μούσα, Gen. & Dat. ταῖν μούσαιν, Voc. ὦ μούσα.

Plur. Nom. αἱ μοῦσαι, Gen. τῶν μουσῶν, Dat. ταῖς μούσαις, Acc. τὰς μούσας, Voc. ὦ μοῦσαι.

Sing. Nom. ἡ φιλία, Gen. τῆς φιλίας, Dat. τῇ φιλίᾳ. In reliquis ut μοῦσα.

Sing. Nom. ἡ θάλασσα, Gen. τῆς θαλάσσης, Dat.

τῇ

τῇ θαλάσσῃ, A. τὴν θάλασσαν, V. ὦ θάλασσα.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ θαλάσσα, Gen. & Dat. ταῖν θαλάσσαιν.

Plur. Nom αἱ θάλασσαι, Gen. τῶν θαλασσῶν, Dat. ταῖς θαλάσσαις, Acc. τὰς θαλάσσας, Voc. ὦ θάλασσαι.

Sing. Nom. ἡ τιμὴ, Gen. τῆς τιμῆς, Dat. τῇ τιμῇ, Acc. τὴν τιμὴν, Voc. ὦ τιμὴ.

Dual. Nom. & Acc. τὰ τιμὰ, Gen. & Dat. ταῖν τιμαῖν, Voc. ὦ τιμὰ.

Plur. Nom. αἱ τιμαὶ, Gen. τῶν τιμῶν, Dat. ταῖς τιμαῖς, Acc. τὰς τιμὰς, Voc. ὦ τιμαὶ.

Sing. Nom. ἡ λύπη, Gen. τῆς λύπης, Dat. τῇ λύπῃ, Acc. τὴν λύπην, Voc. ὦ λύπη.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ λύπα, Gen. & Dat. ταῖν λύπαιν.

Plur. Nom. αἱ λύπαι, Gen. τῶν λυπῶν, Dat. ταῖς λύπαις, Acc. τὰς λύπας, Voc. ὦ λύπαι.

Finita in θα. θα, εα, & α purum, faciunt Genitivum in ας & Dativum in α· sic Ἀθηνᾶ Minerva, Ναυσικᾶ Nausica, μνᾶ mina, contracta ex Ἀθηνάα, Ναυσικάα, μνάα. α purum dicitur, cùm vocalis vel diphthongus præcedit α.

Quædam nomina secundæ Declinationis, in Dativo & Accusativo singulari patiuntur Metaplasmum, ut ἀλκὶ *pro* ἀλκῇ *vebori, & plurima augentur syllabis* φι *&* φιν, *ut* θύρᾳ *janua,* θύρφι.

Tertia Declinatio.

Duas continet terminationes, ος & ον· ος masculini, fœminini, & communis generis, & ον neutrius; ut ὁ λόγος sermo, τὸ ξύλον lignum.

Sing. Nom. ὁ λόγος, Gen. τοῦ λόγου, Dat. τῷ λόγῳ, Acc. τὸν λόγον, Voc. ὦ λόγε.

Dual. Nom. & Acc. τὼ λόγω, Gen. & Dat. τοῖν λόγοιν, Voc. ὦ λόγω.

Plur.

Plur. Nom. οἱ λόγοι, Gen. τῶν λόγων, Dat. τοῖς λόγοις, Acc. τοὺς λόγους, Voc. ὦ λόγοι.

Sing. Nom. ὁ καρπὸς, Gen. τοῦ καρποῦ, Dat. τῷ καρπῷ, Acc. τὸν καρπὸν, Voc. ὦ καρπέ.

Dual. N. A, V τὼ καρπὼ, G. & D. τοῖν καρποῖν.

Plur. Nom. οἱ καρποὶ, Gen. τῶν καρπῶν, Dat. τοῖς καρποῖς, Acc τοὺς καρποὺς, Voc. ὦ καρποί.

Sing Nom ὁ ἀγελος, Gen. τοῦ ἀγέλου, Dat. τῷ ἀγέλῳ, Acc. τὸν ἄγελον, Voc. ὦ ἄγελε.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ ἀγέλω, Gen. & Dat. τοῖν ἀγέλοιν.

Plur. Nom. οἱ ἄγελοι, Gen. τῶν ἀγέλων, Dat. τοῖς ἀγέλοις, Acc. τοὺς ἀγέλους, Voc. ὦ ἄγελοι.

Nomina Contracta ὁλοπαθῆ, tertiæ declinationis.

Sing. Nom. ὁ νόος, νοῦς Gen. τοῦ νόου, νοῦ, Dat. τῷ νόῳ, νῷ, Acc. τὸν νόον, νοῦν, Voc. ὦ νόε, νοῦ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ νόω, νώ, cum acuto, Gen & Dat. τοῖν νόοιν, νοῖν.

Plur Nom. οἱ νόοι, νοῖ, Gen. τῶν νόων, νῶν, Dat. τοῖς νόοις, νοῖς, A. τοὺς νόους, νοῦς, V. ὦ νόοι, νοῖ.

Sing. Nom. τὸ ξύλον, Gen. τοῦ ξύλου, Dat. τῷ ξύλῳ, Acc. τὸ ξύλον, Voc. ὦ ξύλον.

Dual. Nom. & Acc. τὼ ξύλω, Gen. & Dat. τοῖν ξύλοιν, Voc. ὦ ξύλω.

Plur. Nom. τὰ ξύλα, Gen. τῶν ξύλων, Dat. τοῖς ξύλοις, Acc. τὰ ξύλα, Voc. ὦ ξύλα.

Poëticè Dativus & Accusativus singularis, & Dativus pluralis mutantur per Metaplasmum; ut παρθένι pro παρθένῳ, ἄρεσσι pro ἄρεσι, σάββασι pro σαββάτοις. Pauca patiuntur Apocopen, ut ἔκ pro ἔκτον lana: & nonnullis φι & φιν adjungitur, ut στρατοφι pro στρατῷ, exercitus.

Quarta declinatio Atticorum propria

Duas habet terminationes, ως & ων ως masculini, fœminini, & communis generis, & ων neutrius: ut ὁ Μενέλεως Menelaus, τὸ εὔγεων fertile.

Sing.

Sing. Nom. ὁ μηλέλεως, Gen. τοῦ μηλέλεω, Dat. τῷ μηλέλεῳ, A. τὸν μηλέλεων, V. ὦ μηλέλεως.
Dual. Nom. & Acc. τὼ μηλέλεω, Gen. & Dat. τοῖν μηλέλεοιν, Voc. ω μηλέλεω.
Plur. Nom. οἱ μηλέλεω, Gen. τῶν μηλέλεων, D. τοῖς μηλέλεως, Acc. τοὺς μηλέλεως, Voc. ὦ μηλέλεω.
Sing. Nom. τὸ ἄγεων, Gen. τοῦ ἄγεω, Dat. τῷ ἄγεῳ, Acc. τὸ ἄγεων, Voc. ὦ ἄγεων.
Dual. Nom. & Acc. τὼ ἄγεω, Gen. & Dat. τοῖν ἀγέοιν, Voc. ὦ ἄγεω.
Plur. Nom. τὰ ἄγεω, Gen. τῶν ἀγέων, Dat. τοῖς ἄγεως, Acc. τὰ ἄγεω, Voc. ὦ ἄγεω.

Quinque nomina hujus Declinationis formant Accusativum in ω, ut ἄθως, ἄθω, Athos mons; ἕως, ἕω, Aurora; κέως, κέω, Ceos Insula; κῶς, κῶ Coi Insula; Λαγὼς, Λαγὼ, lepus.

Veteres Attici ν finalem ex Accusativo removerunt, ut ἀγῆρω pro ἀγήρων. Unicum est nomen hujus Declinationis in ως, neutrius generis, τὸ χρεὼς, debitum.

Quinta Declinatio Imparisyllabica

Novem habet terminationes, quatuor vocales, α, ι, υ, ω, & quinque consonantes, ν, ρ, σ, ξ, ψ, genera verò comprehendit omnia.

Sing. Nom. ὁ πτὰν, Gen. τοῦ πτᾶνος, Dat. τῷ πτᾶνι, Acc. τὸν πτᾶνα, Voc. ὦ πτᾶν.
Dual. Nom. & Acc. τὼ πτᾶνε, Gen. & Dat. τοῖν πτάνοιν, Voc. ὦ πτᾶνε.
Plur. Nom. οἱ πτᾶνες Gen. τῶν πτάνων, Dat. τοῖς πτᾶσι, Acc. τοὺς πτᾶνας, Voc. ὦ πτᾶνες.
Sing. Nom. τὸ σῶμα, Gen. τοῦ σώματος, Dat. τῷ σώματι, Acc. τὸ σῶμα, Voc. ὦ σῶμα.
Dual. Nom. & Acc. τὼ σώματε, Gen. & Dat. τοῖν σωμάτοιν, Voc. ὦ σώματε.
Plur. Nom. τὰ σώματα, Gen. τῶν σωμάτων, Dat. τοῖς σώμασι, Acc. τὰ σώματα, Voc. ὦ σώματα.

Accu-

Accusativus desinit in α.

Excipiuntur

Gravitona in ις & υς, pura in genitivo, quæ formant accusativum in ιν & ων, ut ὁ ὄφις serpens, ✝ ὄφιν· ὁ βότρυς racemus, ✝ βότρυν.

Gravitona in ις & υς, non purè declinata, utramque retinent terminationem α & ν, ut ἡ ἔρις contentio, ✝ ἔριδα & ἔριν· ὁ νέπλυς advena, ✝ νέπλυδα & νέπλυν.

Nomina in αυς & υς formant accusativum in αυν & υν, ut γραῦς anus, γραῦν, βῦς bos, βῦν, Poëticè βόα. Sed πῦς pes habet πόδα, & ὀδούς dens, ὀδόντα.

Vocativus similis est Nominativo.

Excipiuntur

Quæ declinantur per ενς in genitivo, & adjectiva in ην & εις, vocativum enim formant in εν, ut ὁ ἡ τέρην, ὦ τέρεν, tener, ὁ χαείεις gratiosus, ὦ χαείεν & ὦ χαείει.

Gravitona in ηρ formant vocativum in ερ, ut ἡ μήτηρ mater, ὦ μῆτερ· & quatuor acutitona, ὁ πατὴρ pater, ὁ λαὴρ levir, ἀνὴρ vir, σωτὴρ salvator, ὦ πάτερ, δᾶερ, ἄνερ, σῶτερ.

Nomina in δς & υς abjiciunt σ, ut βασιλεὺς rex, ὦ βασιλεῦ præter πῦς pes, ὦ πῦς, & ὀδούς dens, ὦ ὀδούς, ad differentiam adverbii πῦ ubi, & ὀδοῦ obiter.

Gravitona in ις & υς formant vocativum in ι & υ, ut βότρυς botrus, ὦ βότρυ, ὄφις serpens, ὦ ὄφι, & παῖς, ὦ παῖ puer. Excipe Σαλαμίς.

Quædam polysyllaba composita in ων formãt vocativum in ον, ut Ἀγαμέμνων, ὦ Ἀγάμεμνον.

De Dativo Plurali.

Dativus pluralis formatur vel à Dativo singulari assumendo σ ante ι, & abjiciendo λ, δ, ν, τ, vel à nominativo singulari, addendo ι in nominibus exeuntibus

tibus in ξ, ψ, vel diphthõgo, ut Ἄραψ, Arabs, Ἀραψὶ βασιλεὺς, rex, βασιλεῦσι κόραξ, corvus, κόρακι.

Cùm penultima Dativi singularis sit longa positione, sit longa in Dativo plurali, addendo ι posit ε, & υ posit ο, ut πιθέντι, πιθῶσι, λιοντι, λέυσι.

Nomina quæ Syncopen patiuntur, formant dativum pluralem in σι, *ut* πατὴρ, πατρᾶσι. *Sed in Acc. Sing.* πατέρα & μητέρα *tantùm leguntur, quia* πατρᾶ *patriam, &* μήτρα *matricem significant.*

Dativus Poëticus formatur à genitivo singulari, mutando Ος *in* εσσι *vel* εσσι, *ut* ἥρως, ἥρωσι, & ἡρώεσσι, *heros:* ἔπος, ἐπέεσσι, *verbum.*

Quibusdam neutris hujus declinationis in Ος *additur syllaba* φι *vel* φιν, *ut* κῆδος *pectus,* κήδεσφι μελεδὼν *cura,* μελεδωνόφι *sunque indeclinabilia.*

Apocope etiam accidit in hac declinatione in omnibus casibus singularibus: ut in Nominativo, τὸ σκέπα, *pro* σκέπασμα, *tegmen. In Genitivo,* Ϝ αἴας *pro* αἴαντος. *In Dativo,* τῇ δηΐ *pro* δηΐδι, *pugnæ;* ἀλόχοιπι *pro* ἀλόχοιπιδι, *uxori;* τῷ ἱδρῷ *pro* ἱδρῶτι, *sudori. In Accusativo* ἀ Ἀπόλλω *pro* Ἀπόλλωνα. ἀ ἱδρῶ *pro* ἱδρῶτα, *sudorem. In Vocativo* ὦ Λαοδάμα *pro* Λαοδάμαν, *Laodamas:* Αἶα *pro* Αἶαν, *Ajax.*

Nominibus & Verbis in ε *vel* ο *desinentibus* ν *additur, si vocalis vel diphthongus sequatur: ut* λίσσον ἐκείνοις. τύπτεσον ἐκεῖνον ἔτυπτεν αὐτόν.

Ut variæ sunt terminationes Nominativi, ita variæ etiam vocales & consonantes sunt ante Ος *Genitivi, quæ hic subjiciuntur.*

α. τὸ γράμμα, ατος, *litera.*
ι. τὸ μέλι, ιτος, *mel.*
υ. τὸ γόνυ, υος, *genu.*
τὸ ἄστυ, υος, *Urbs.*
ω. ἡ Λητὼ, οῦς, *Latona,*
αν. ὁ Παιὰν, ᾶνος, *Paan.*
τὸ τύφαν, ανος, *quod verberatur.*
εν. τὸ τέρεν, ενος, *tenerum.*
τὸ χαρίεν, εντος, *gratiosum.*
ων, ὁ Ἕλλην, ωνος, *Græcus.*
ὁ ποιμὴν, ένος, *pastor.*
ιν. ἡ ἀκτὶν, ῖνος, *radius.*
ον, τὸ μεῖζον, ονος, *majus.*
τὸ τύπτον, οντος, *verberans.*

ας. τὸ

πς. τὸ πέπυς, οδ⸗, bipes.
πυ. τὸ τυπτῦν, ῦν⸗, verberaturum.
πω. ὁ ἐρύκω, ωτ⸗, turris.
τὸ ζεύγνυω, ωσ⸗, jungens.
ων. ὁ κλάδων, ωνος, ramus.
ἡ χελιδών, όν⸗, hirundo.
ὁ Ξενοφῶν, ῶντος, Xenophon.
ὁ δράκων, οντ⸗, draco.
ξ ὁ θώραξ, ακ⸗, thorax.
ὁ ἄναξ, ακτ⸗, Rex.
ὁ ἅρπαξ, αγος, rapax.
ἡ θρὶξ, τριχὸς, capillus.
ἡ πτέρυξ, υγος, ala.
ἡ ὄνυξ, υχος, unguis.
ἡ ἀλώπηξ, εκ⸗, vulpes.
ρ. ἡ ἄλμαρ, αρ⸗, uxor.
τὸ ἧπαρ, ατ⸗, hepar.
ὁ φθεὶρ, ειρος, pediculus.
ἡ χεὶρ, ειρος, manus.
ὁ σωτὴρ, ῆρος, Salvator.
ηρ. ὁ αἰθὴρ, έρος, æther.
ὁ ἀνὴρ, ἄνδρος & ἀνδρὸς, vir.
ορ. τὸ ἦτορ, ορος, cor.
υρ. ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, υρ⸗, testis.
ωρ. ὁ φὼρ, ωρος, fur.
ὁ Ἕκτωρ, ορος, Hector.
τὸ ὕδωρ, ατ⸗, aqua.
ας. ὁ Αἴας, αντ⸗, Ajax.
ὁ μέλας, αν⸗, niger.
ἡ μοῦσα, ατ⸗, musa.
τὸ γῆρας, ατ⸗, senectus.
αις. ἡ ἕδρις, αιδος, convivium.
ὁ καὶ ἡ παῖς, παιδὸς, puer, puella.
αυς. ἡ ναῦς vel νηῦς, αὸς vel νὸς, navis.
αις. ὁ κτεὶς, ενὸς, pecten.
ὁ χαρίεις, εντ⸗, gratus.
ἡ κλεὶς, ειδὸς, clavis.
ευς. ὁ βασιλεὺς, έω⸗, Rex.
ης. ἡ ἐσθὴς, ῆτ⸗, vestis.
ὁ σὴς, σητὸς, vermis.
ὁ τιμῆς, μῆντ⸗, honoratus.
ὁ Κλήμης, μεντ⸗, Clemens.
ὁ Δημοσθένης, ένε⸗, Demosthenes.
ις. ὁ ὄφις, ν⸗, serpens.
ὁ Πάρις, ιδ⸗, Paris.
ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ιθος, avis.
⸗. τὸ τεῖχ⸗, ε⸗, murus.
τὸ τετυφὼς, ὸτ⸗, qui verberavit.
υς. ὁ καὶ ἡ βοῦς, ὸς, bos.
ὁ πλακοῦς, οῦντ⸗, placenta.
ὁ ὀδὼς, ὀντ⸗, dens.
ὁ ποῦς, ὸδὸς, pes.
τὸ οὖς, ὠτὸς, auris.
υς, ὁ μῦς, μυὸς, mus.
ὁ πέλεκυς, ε⸗, securis.
ἡ χλαμὺς, ύδ⸗, chlamys.
ὁ ζεύγνυς, ύντ⸗, jungens.
ἡ κόρυς, υθος & υ⸗, galea
ως. ὁ γέλως, ωτ⸗, risus.
ἡ αἰδὼς, ό⸗, pudor.
ὁ Τρωὸς, ωὸς, Trojanus.
λς. ὁ ἅλς, ἁλὸς, sal.
ἡ ἅλς, ἁλὸς, mare.
νς. ἡ ἕλμινς, νθ⸗, tinea.
ρς. ὁ καὶ ἡ μάκαρς, ρτ⸗, beatus.
ψ. ὁ ὤψ, πὸς, vultus.
ὁ Ἄραψ, βο⸗. Arabs.
ἡ κλήλιψ, φο⸗, scala.

Quinque

Quinque Declinationes Nominum Contractorum.

Declinationes nominum contractorum oriuntur a quinta simplicium.

Appellantur nomina contracta, quia in illis duæ Syllabæ contrahuntur in unam: vel Synæresi, quæ fit cum duæ vocales in unam ita coëunt, ut amba servantur, ut τείχεϊ, τείχει· vel Crasi, cum utraque vocalis vel altera mutetur, ut τείχεα, τείχη.

Prima Declinatio Contractorum

Tres continet terminationes, in ης masculini, fœminini & communis generis, ut ὁ Δημοσθένης Demosthenes, ἡ τριήρης triremis, ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς verus, in ες & ος neutrius, ut τὸ μέλος membrum, τὸ ἀληθὲς verum.

Sing. Nom. ὁ Δημοσθένης, Gen. τοῦ Δημοσθένους, ους, Dat. τῷ Δημοσθένει, ει, Acc. τὸν Δημοσθένεα, η, Voc. ὦ Δημόσθενες.

Dual. Nom. & Acc. τὼ Δημοσθένει, η, G. & Dat. τοῖν Δημοσθενέοιν, οῖν, Voc. ὦ Δημοσθένει, η.

Plur. Nom. οἱ Δημοσθένεες, εις, Gen. τῶν Δημοσθενέων, ῶν, Dat. τοῖς Δημοσθένεσι, Acc. τοὺς Δημοσθένεας, εις, Voc. ὦ Δημοσθένεες, εις.

Sing. Nom. τὸ τεῖχος, Gen. τοῦ τείχεος, ους, Dat. τῷ τείχεϊ, ει, Acc. τὸ τεῖχος, Voc. ὦ τεῖχος.

Dual. Nom. & Acc. τὼ τείχεε, χη, Gen. & Dat. τοῖν τειχέοιν, οῖν, Voc. ὦ τείχεε, χη.

Plur. Nom. τὰ τείχεα, χη, Gen. τῶν τειχέων, ῶν, Dat. τοῖς τείχεσι, Acc. τὰ τείχεα, χη, Voc. ὦ τείχεα, χη.

Sing. Nom. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, καὶ τὸ ἀληθὲς, Gen. τοῦ καὶ τῆς καὶ τοῦ ἀληθέος, ους, Dat. τῷ καὶ τῇ καὶ τῷ ἀληθεῖ, εῖ, Acc. τὸν καὶ τὴν ἀληθέα, η, καὶ τὸ ἀληθὲς, Voc. ὦ ἀληθὲς, καὶ ἀληθὲς.

Dual. Nom. & Acc. τὼ καὶ τὰ καὶ τὼ ἀληθέε, η, Gen. & Dat. τοῖν καὶ ταῖν καὶ τοῖν ἀληθέοιν, οῖν, Voc. ὦ ἀληθέε, η.

Plur.

Plur. Nom. οἱ ἡ αἱ ἀληθεῖς, εῖς, ἢ τὰ ἀληθέα, ᾶ, Gen. τῶν ἀληθῶν, ῶν, Dat. τοῖς ἢ ταῖς τοῖς ἀληθέσι, Acc. τοὺς ἢ τὰς ἀληθεῖς, εῖς, ἢ τὰ ἀληθέα, ᾶ, Voc. ὦ ἀληθεῖς, εῖς, & neut. ἀληθέα, ᾶ.

Regulæ.

Nomina propria hujus declinationis, & composita ab ἵππος, *in quibusdam casibus parasyllabicè inflectuntur: ut* ὁ Ἀριστοφάνης, τοῦ Ἀριστοφάνους, Aristophanes: ὁ ἐπαίνετης, τοῦ ἐπαίνετου.

Nomina quæ desinunt in ης *purum contrahuntur Atticè in Accusativo in* α. *ut* ὁ ἢ ἡ εὐφυὴς, *ingeniosus, Acc.* τὸν ἢ τὴν εὐφυῆ, εὐφυᾶ.

Secunda Declinatio

Duas habet terminationes: ις masculini & fœminini generis, ut ὁ ὄφις, serpens, ἡ πόλις, civitas: & ι neutrius, ut τὸ σίναπι, sinapi.

Sing. Nom. ὁ ὄφις, Gen. τοῦ ὄφεως, Dat. τῷ ὄφει, ὄφι, Acc. τὸν ὄφιν, Voc. ὦ ὄφι.

Dual. Nom. & Acc. τὼ ὄφει, Gen. & Dat. τοῖν ὀφέοιν, Voc. ὦ ὄφει.

Plur. Nom. οἱ ὄφεις, ὄφις, Gen. τῶν ὀφέων, Dat. τοῖς ὄφεσι, Acc. τοὺς ὄφεις, ὄφις, Voc. ὦ ὄφεις, ὄφις.

Sing. Nom. τὸ σίναπι, Gen. τοῦ σινάπεως, Dat. τῷ σινάπει, ει Acc. τὸ σίναπι, Voc. ὦ σίναπι.

Dual. Nom. & Acc. τὼ σινάπεε, Gen. & Dat. τοῖν σινάπεοιν, Voc. ὦ σινάπεε.

Plur. Nom. τὰ σινάπεα, ει, Gen. τῶν σινάπεων, Dat. τοῖς σινάπεσι, Acc. τὰ σινάπεα, ει, Voc. ὦ σινάπεα, ει.

Regula.

Casus Attici Accentum habent in antepenultima, quamvis ultima sit longa.

Tertia Declinatio

Unicam habet terminationem, generis masculini tantùm, in ὰς, ut ὁ βασιλεύς, Rex.

Sing. Nom. ὁ βασιλεύς, Gen. τοῦ βασιλέως, Dat. τῷ βασιλεῖ, εῖ, Acc. τὸν βασιλέα, ᾶ, Voc. ὦ βασιλεῦ.

Dual. Nom. & Acc. τὼ βασιλέε, ῆ, Gen. & Dat. τοῖν βασιλέοιν, Voc. ὦ βασιλέη, ῆ.

Plur. Nom. οἱ βασιλέες, λεῖς, Gen. τῶν βασιλέων, Dat. τοῖς βασιλεῦσι, Acc. τοὺς βασιλέας, λεῖς, Voc. ὦ βασιλέες, λεῖς.

Quarta Declinatio

Duas habet terminationes ως & ω, generis fœminini tantum, ut ἡ Λητώ, Latona, ἡ αἰδώς, verecundia.

Sing. Nom. ἡ Λητώ, Gen. τῆς Λητόος, οῦς, Dat. τῇ Λητόϊ, οῖ, Acc. τὴν Λητόα, τώ, Voc. ὦ Λητοῖ.

Dual. Nom. & Acc. τὰ Λητώ, Gen. & Dat. ταῖν Λητοῖν, Voc. ὦ Λητώ.

Plur. Nom. αἱ Λητοί, Gen. τῶν Λητῶν, Dat. ταῖς Λητοῖς, Acc. τὰς Λητοῦς, Voc. ὦ Λητοί.

Numerus singularis tantùm in hâc declinatione contrahitur: Numerus Dualis & Pluralis sequuntur formam tertiæ Declinationis simplicium.

Vocativus singularis similis est Dativo, qui desinit in οῖ.

Quinta Declinatio.

Quinta Declinatio duas complectitur terminationes, ας purum & ρας, generis neutrius: ut τὸ κρέας, caro, τὸ κέρας, cornu.

Sing. Nom. τὸ κέρας, Gen. τοῦ κέρατος, κέρος, κέρως, Dat. τῷ κέρατι, κέρᾳ, κέρᾳ, Acc. τὸ κέρας, Voc. ὦ κέρας.

Dual. Nom. & Acc. τὼ κέρατε, κέρᾳ, κέρᾳ, Gen. & Dat. τοῖν κεράτοιν, κερῴοιν, κερῶν, Voc. ὦ κέρατε, κέρᾳ, κέρᾳ.

Plur. Nom. τὰ κέρατα, κέρᾳα, κέρᾳ, Gen. τῶν κεράτων, κερῴων, κερῶν, Dat. τοῖς κέρασι, Acc. τὰ κέρατα, κέρᾳα, κέρᾳ, Voc. ὦ κέρατα, κέρᾳα, κέρᾳ.

Contractio fit tollendo τ, ut κέρας, κέρατος, κέρος. Nomi-

Nomina Anomala quæ contrahuntur, sunt vel

'Ολόπαδῆ, quæ contrahuntur in omnibus, ut

1 νόος νοῦς, mens; ῥόος ῥοῦς, fluxus, πλόος πλοῦς, navigatio; ἁπλόος ἁπλοῦς simplex; διπλόος διπλοῦς, duplex; σάος salvus, σῶς Att. & σῶν Ac.
2 χρυσοῦς aureus, ἀργυροῦς argenteus, χαλκοῦς aereus, a nominibus in εος.
3 ζωμβεις, ζωμβοῦς, ζωμβέντος, ζωμβοῦντος, πλακόεις, πλακοῦς, πλακόεντ & πλακοῦντ, placenta.
4 ὁ τιμῆς, τιμῆντος, ἀ τιμήεις honoratus.
5 In ης circumflexa, ut πῆς πῆος, ἀ πέαρ cor; & παῖς παιδὸς, ἀ παῖς, puer. δόμωσις, δόμοσδε· ὁμωῦσις, δόμωῦσδε, ὁμωῦσδε, μωῦσις· ὁμωῦσδε δὲ μωῦσιν.
6 ὁ δαλῆς, δαλοῦ· ὁ δάλης, δάλητος. Οἰδίπους, Οἰδίποδος Οἰδιπόδης, Οἰδιπόδου, Oedipus. Item ὀστέον, os ossis, ὀστοῦν, Gen. έου, οῦ, Dat. έῳ, οῖ.

'Ολιγοπαδῆ, quæ pauciori-bus casibus contrahuntur: ea sunt vel

1 Substantiva Barytona in υς, quæ contrahuntur in Nominativo, Accusativo & Vocativo plurali in υς, ut ἐερινύες, ἐερινῦς, furiæ.
2 Imparisyllabica in ες, quæ contrahuntur in Nominat. Accus. & Voc. plur. in ες, ut βόες boves, βοῦς, Dor. βῶς.
3 Adjectiva in υς, quorum masculina in Dat. singulari, Nominat. Accus. & Voc. plu. contrahuntur more primæ Declinationis contractorum, ut ἡδὺς, ἡδῆ, ἡδεῖ, ἡδέϊ.
4. Comparativa, quæ contrahuntur in Acc. singulari, Nominat. Acc. & Voc plurali; ut Accus. μείζονα, μείζοα, μείω, Nom. μείζονες, μείζοες, μείζους, Acc. μείζονας, μείζοας, μείζυς, τὰ μείζονα, μείζοα, μείζω.

Heteroclita.

Heteroclita sunt, quæ à communi declinandi ratione deflectunt.

Heteroclita Genere.

In singulari numero generis sunt masculini, in plurali neutrius, δεσμὸς vinculum, τὰ δεσμά, ἐρεσμὸς eremus, τὰ ἐρεσμά, ζυγὸς jugum, τὰ ζυγά, κύκλος circulus, τὰ κύκλα, λύχνος lucerna, τὰ λύχνα, μοχλὸς vectis, τὰ μοχλά, νῶτος dorsum, τὰ νῶτα, σταθμὸς statio, τὰ σταθμά, τράχηλος collum, τὰ τράχηλα.

In singulari numero generis fœminini, in plurali neutrius sunt, ἡ κέλευθος via, τὰ κέλευθα, ἡ δίφρος currus, τὰ δίφρα: quibus addi potest, ὁ ἢ ἡ τέρμαρος, τὰ τέρμαρα.

Quatuor singulari numero generis sunt fœminini, duali verò masculini; ut ἡ γυνὴ mulier, τὼ γυναῖκε· ἡ ὁδὸς via, τὼ ὁδὼ, cum compositis; ἡ πόλις civitas, τὼ πόλεε· ἡ χεὶρ manus, τὼ χεῖρε.

Heteroclita Casibus.

Aptôta sunt
- Nomina literarum; ut ἄλφα, βῆτα.
- Quæ Apocopen patiuntur, ut δῶ pro δῶμα domus, τρόφι pro τρόφιμον nutrimentum.
- Omnes numeri à quatuor.
- Poëtica in φι & φιν.
- Similiter βρέτας statua, δέμας corpus, σέβας veneratio, ὄναρ somnium, πῶμα poculum, ὄφελος utilitas, αὐλὰς lumen, νῶθρ torpor, δῶς donum, &c.

Monoptôton tantùm unum est, ὦ τὸν, ô amice, vel amici, ab ἵτης.

Diptôta ἄμφω, ἀμφοῖν, οἱ φθοῖες, τὼ φθοῖαε, placentæ: ἄττα pro ἄτινα, quædam, Nominat. & Accusat. plur.

Triptôta,

Triptôta, ἀλλήλων, λων, λων· ἀλλήλοις, αις, οις. ἀλλήλους, λας, λα· τῦ ἀρνὸς, ϟ ἄρνα, οἱ ἄρνες τῶν ἀρνῶν, agnus. His adde ſanctum nomen Ιησῦς, Ιησοῦ, Ιησῦ, Ιησοῦν, Ιησοῦ. Sic diminutiva circumflexa in οῦς, ut ὁ Διονῦς Bacchus, Gen. τῦ ῦ, Dat. τῷ ῦ, A. ϟ ωῦ. Vocativo carent Indefinita & Interrogativa.

Heteroclita Numero.

Plurali carent ἡ ἅλς mare, ἡ γῆ terra, ὁ ἀὴρ aër, τὸ πῦρ ignis, τὸ ἔλαιον oleum, & nomina propria.

Singulari carent ἄλφιτα, ἐπτήμια, μίγμτα, ἀξῆναι, ἥβαι, ὀργίτια, & feſta deorum, cum plurimis aliis.

Heteroclita Declinatione.

Quædam ſunt neutra in αρ quæ à nominibus in ας genitivum mutuantur, ut φρέαρ puteus. ἧπαρ jecur, ὕδωρ aqua, ἦμαρ dies. Gen. φρέατ⊙, ἥπατ⊙, ὕδατ⊙, ἤματ⊙. His addi poteſt γάλα lac, γάλακτ⊙, γυνὴ mulier, γυναικός.

Redundantia in Nominativo.

Ζεὺς Jupiter decé habet rectos, Δεὺς, Διὺς, Βεὺς, Ζλυὺ, Ζεὺν, Ζὺς, Ζεὺς, Δεὺν, Δλυὺ, Gen. Ζλυὸς vel Διὸς, Dat. Ζλυὶ vel Δεῖ, Acc. Ζλυᾶ vel Δία, Voc. ὦ Ζεῦ. Τὸ κάρα, κάρηνον, κὴρ, indeclinabile: κρᾶς, κρατὸς, κρᾶας, κρατ⊙, caput: ὁ υἱὸς, ϟ υἷς, ὁ υἱεὺς, τῦ υἱέως, ὁ υἷις, τῦ υἷ⊙, υἱὸς, filius: ἡ ναῦς, νηῦς, navis. Gen. νεὸς, & νηὸς· μάκαρ, μάκαρς, μακάρειος, felix: ἡ ἀκτὶς, ϗ ἀκτὶν, radius: ὁ δεῖπνος, ϗ τὸ δεῖπνον, cœna: ὁ ξύλεως, ϗ τὸ ξύλεον lignum: μάρτυς, μάρτυρ, μάρτυρος, teſtis: ὁ σκότος, ϗ τὸ σκότος, tenebræ: ὁ ἔλεος, ϗ τὸ ἔλεος, miſericordia: τὸ δάκρυ, ϗ δάκρυον, lachrymæ.

Redundantia Genitivo.

Δάρης, Δάρυ, Δάρεως, Δάρητος, Dares: γόνυ γόνυος, γόνατ⊙, genu: ὁ λᾶας lapis, λάαος, & craſſi

λᾶος· ὁ λᾶος, τοῦ λάου· ὁ λάας, τοῦ λάα· τὸ λάος, τοῦ λάεος· ὁ λάϊς, τοῦ λάϊος· ὁ λᾶς, τοῦ λαός· Μίνως, Μίνωος, Μίνῳ, Minos: γέλως, γέλωος & γέλω, risus: δόρυ, hasta, δόρυος & δουρός, per Metathesin, & δόρας, δόραος, δόρατι, Poët. δοῦρας, δούραος· δόρεος, δόρεος, δόρυς.

De Patronymicis.

Patronymicum est, quod vel à patre, vel ab alia quapiam suæ familiæ persona derivatur.

Patronymica
- Masculina desinunt vel
  - *In ίδης, quæ fiunt à genitivis primitivorum mutando terminationem in ίδης, ut* Πηλέως, Πηλείδης, *per Synæresin* Πηλεΐδης, *per Epenthesin* Πηληϊάδης, *& Ionica producuntur.*
  - *In άδης, cùm nomen sit vel primæ declinationis, ut* Βορέας, Βορεάδης· *vel desinat purè, ut* ἥλιος, ἡλιάδης.
- Fœminina desinunt vel
  - *In ις vel ας, quæ fiunt à Masculinis removendo δη, ut* Νηρηϊάδης, Νηρεὶς· ἡλιάδης, ἡλιὰς.
  - *In ίνη vel ώνη, quæ fiant à genitivis primitivorum mutando ultimam syllabam in ίνη vel ώνη, ut* Ἀδρήστου, Ἀδρήστου, Ἀδρηστίνη. Ἰκάριος, Ἰκαρίς, Ἰκαριώνη.

Patronymica Ionica desinunt in ίων, ut Κηρίων, Πηλείων, Ἀτρείων.

Dimi-

Diminutiva varias habent terminationes.
- Masc. in
  - ων, μυείων, ſtultulus.
  - αξ, λίθαξ, lapilluſus.
  - σκος, νεανίσκος, juvenis.
  - λος, ναυτίλος nautilus.
- Fœm. in
  - ις, κρηνὶς, ſonticulus.
  - σκη. παιδίσκη, puellula.
  - νη, πολίχνη, urbecula.

Neutra in
- ιον, γνωμίδιον, ſententiola.
- πολίχνιον, urbecula.

Poſſeſſiva terminantur in
- ικος, ut μυσικὸς, muſicus, à μῦσα.
- ιος, ut οὐράνιος, cœleſtis, ab οὐρανός.
- ινος, ut ἀνθρώπινος, humanus, ab ἄνθρωπος.
- ειος, ut ἀνθρώπειος, humanus, ab ἄνθρωπος.
- ώδης, ut λιθώδης, lapidoſus, à λίθος.
- ος purum, ut πατρῷος, paternus, à πατὴρ.

Adjectiva.

Adjectiva in ος purum & εος, faciunt fœmininum per α, reliqua per η, ut ἅγιος, ἁγία, ἅγιον, ſanctus: ἀνθηρὸς, ἀνθηρὰ, ἀνθηρὸν, floridus: excipitur ὄγδοος, ὀγδόη, ὄγδοον, octavus.

Quatuor Adjectiva formant neutrum genus per ι, ἄλλος, πλικῆτος, τοσοῦτος, τοιοῦτος; & tria pronomina, ἕτος, αὐτὸς, ἐκεῖνος.

Adjectiva in
- υς, εις, ης
  - formant fœmin. in
    - εῖα, εσσα, ῆ
      - neutrum per υ, εν, ες.

ut
- ὀξὺς, ὀξεῖα, ὀξὺ, acutus.
- χαείεις, χαείεσσα, χαείεν, gratioſus.
- ἁπλοῦς, ἁπλῆ, ἁπλοῦν, ſimplex.

Excipe πολὺς, πολλὴ, πολύ. Acc. πολιῶ, πολλὴν, πολὺ, Poët πολλὸν, G. πολέος, D. πολέϊ, Plur. Nom. πολέες, G. πολέων, D. πολέσι, A. πολέας,

Adjectiva in ας habent fœmininum in α, neutrum in αν, ut πᾶς, πᾶσα, πᾶν, omnis. Sed μέγας, μεγάλη, μέγα, Gen. μεγάλου, μεγάλης, μεγάλου, Dat. μεγάλῳ, μεγάλῃ, μεγάλῳ, Acc. μέγαν, μεγάλην, μέγα· μέλας, μέλαινα, μέλαν, niger, Gen. μέλανος, μελαίνης, μέλανος· τάλας, τάλαινα, τάλαν, miser, Gen. τάλανος, τηλαίνης, τάλανος.

Sing. Nom. ὁ πᾶς, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, Gen. παντὸς, πάσης, παντὸς, Dat. παντὶ, πάσῃ, παντὶ, Acc. πάντα, πᾶσαν, πᾶν, Voc. ὦ πᾶς, πᾶσα, πᾶν.

Dual. Nom. & Acc. πάντε, πάσα, πάντε, Gen. & Dat. πάντοιν, πάσαιν, πάντοιν.

Plur. Nom. πάντες, πᾶσαι, πάντα, Gen πάντων, πασῶν, πάντων, Dat. πᾶσι, πάσαις, πᾶσι, Acc. πάντας, πάσας, πάντα, Voc. πάντες, πᾶσαι, πάντα.

Adjectiva per tria genera & duas terminationes declinata definunt in ης, ις, υς, υς, ων, ων, & formant neutrum per ες, ι, υ, υν, ων, ον

ut
ὁ ἢ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, verus.
ὁ ἢ ἵλεως, τὸ ἵλεω, gratiosus.
ὁ ἢ ἄδακρυς, τὸ ἄδακρυ, sine lachrymis.
ὁ ἢ πολύπους, τὸ πολύπουν, multipes.
ὁ ἢ τέρην, τὸ τέρεν, tener.
ὁ ἢ εὐδαίμων, τὸ εὐδαίμον, fœlix.

Sing. ὁ ἢ τὶς, τὸ τὶ, aliquis, Gen. τοῦ ἢ τοῦ τινὸς, Dat. τῷ ἢ τῇ τῷ τινὶ, Acc. τὸν ἢ τὴν τινὰ, τὸ τὶ, &c. τὶς, τὶ, τίνος, quis, quæ, quid.

Quædam sunt trium generum, ut ὁ ἢ τὸ μάκαρ, fœlix, ὁ ἢ τὸ ἅρπαξ, rapax.

Numeralia.

Numeralia quædam sunt cardinalia, quædam ordinalia.

Car-

Cardinalia ſunt εἷς unus, δύο vel δύω duo, τρεῖς tres, τέτταρες quatuor, quæ ſic inflectuntur.

Maſculino εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕνα, unus.

Fœminino μία, μιᾶς, μιᾷ, μίαν, una.

Neutro ἕν, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕν, unum.

Eodé modo declinantur compoſita ab εἷς, οὐδεὶς & μηδεὶς, nemo, nullus, οὐδεμία, μηδεμία, οὐδὲν, μηδέν.

Δύο, Att. δύω, duo, Genitivo & Dativo δυοῖν & δυεῖν Atticè, Dativo δυσὶ Poëticè.

Sed δύω omnium generum & omnium caſuum eſſe obſervatur.

Plur. N. οἱ ϗ αἱ τρεῖς ϗ τὰ τρία, Gen. τῶν τριῶν, D. τοῖς τρισὶ, A. τοὺς ϗ τὰς τρεῖς ϗ τὰ τρία, tres.

Plur. Nom. οἱ ϗ αἱ τέτταρες ϗ τὰ τέτταρα, Gen. τῶν τεττάρων, Dat. τοῖς τέτταρσι, Acc. τοὺς ϗ τὰς τέτταρας ϗ τὰ τέτταρα.

A quatuor uſque ad centum non declinantur numeralia, ut πέντε quinq; ἕξ ſex, ἑπτὰ ſeptem, ὀκτὼ octo, ἐννέα novem, δέκα decem, ἕνδεκα undecim, δώδεκα duodecim, δεκατρεῖς tredecim, δεκατέτταρες quatuordecim, δεκαπέντε quindecim, &c. εἴκοσι viginti, εἴκοσι εἷς viginti unus, εἴκοσι δύω viginti duo, &c. τριάκοντα triginta, τετταράκοντα quadraginta, πεντήκοντα quinquaginta, ἑξήκοντα ſexaginta, ἑβδομήκοντα ſeptuaginta, ὀγδοήκοντα octoginta, ἐνενήκοντα nonaginta, ἑκατὸν centum. Quæ numerum centenarium ſequuntur declinabilia ſunt, οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, ducenti, ducentæ, ducenta: τριακόσιοι trecenti, τετρακοσιοι quadringenti, πεντακόσιοι quingenti, ἑξακόσιοι ſexcenti, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐνακόσιοι, χίλιοι mille, δισχίλιοι bis mille, τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι &c. μύριοι decies mille, δισμύριοι, τρισμύριοι, & ſic deinceps.

Ordinalia ſunt quæ Interrogationi πόσος quotus, *apte reſpondent, ut* πρῶτος primus, δεύτερος ſecundus, τρίτος tertius, τέταρτος quartus, πέμπτος quintus, ἕκ-

ἕκτος sextus, ἕβδομος septimus, ὄγδοος octavus, ἔνατος nonus, δέκατος decimus, ἑνδέκατος undecimus, δωδέκατος duodecimus, τρισκαιδέκατος, decimus tertius, τεσσαρεσκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς vigesimus, εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐνενηκοστὸς, ἑκατοστὸς centesimus, διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς millesimus, δισχιλιοστὸς bis millesimus, &c. μυριοστὸς decies millesimus, δισμυριοστὸς vicies millesimus, &c. Præterea sunt nomina dialia, quæ dierum spatium significant, ut τριταῖος tertianus, τεταρταῖος quartanus, &c. i. e. erumpens aut aliquid agens die 3, 4, &c.

Græci numeros his literis exprimunt.

α 1.	β 2.	γ 3.	δ 4.	ε 5.	ϛ 6.	ζ 7.	η 8.
ϑ 9.	ι 10.	ια 11.	ιβ 12.	ιγ 13.	ιδ 14.	ιε 15.	ις 16.	ιζ 17.	ιη 18.	ιϑ 19.	κ 20.	λ 30.
μ 40.	ν 50.	ξ 60.	ο 70.	π 80.	ϟ 90.	ρ 100.
σ 200.	τ 300.	υ 400.	φ 500.	χ 600.	ψ 700.	ω 800.	ϡ 900.	ϡ 1000.

Comparatio Nominum.

Adjectiva in ος formant comparativum mutando ς in τερος, & superlativum in τατος.

ut { ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος. / ἐνδόξη, ἐνδοξοτέρα, ἐνδοξοτάτη. / ἔνδοξον, ἐνδοξότερον, ἐνδοξότατον.

Quæ penultimam habent brevem, mutant ο in ω In comparativo & superlativo, ut φρόνιμος, φρονιμώτερος, φρονιμώτατος, prudens, prudentior, prudentissimus. Excipe κενὸς, κενότερος, κενότατος, vacuus, στενὸς, στενότερος, στενότατος, angustus.

Reliqua adjectiva comparantur per ίστερος & ίστατος,

ης, sed in ας, per ἀστερος & ἀτατος. In υς sæpe per ίων & ίστος, ut

Positivus	Comparativus	Superlativus.
ὀξὺς	ὀξύτερος	ὀξύτατος.

in
- ων, σώφρων, σωφρονέστερος, σωφρονέστατος, modestus.
- ας, μέλας, μελάντερος, μελάντατος, niger.
- ις, χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος, gratiosus.
- ης, εὐσεβὴς, εὐσεβέστερος, εὐσεβέστατος, religiosus.
- υς, ἁπλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, simplex.
- υς, εὐρὺς, εὐρύτερος & εὐρύων, εὐρύτατος & εὐρύστος, latus.

Comparatio Irregularis.

Bonus	ἀμείνων, melior	Optimus.
Ἀγαθὸς	ἀρείων	ἄριστος.
Ἐσθλὸς	βελτίων vel βέλτερος	βέλτιστος.
	κρείττων vel κρείσσων	κράτιστος.
Καλὸς	λωίων vel λωίτερος, λῴων	λῷστος.
	καλλίων	κάλλιστος.
	φέρτερος,	φέριστος & φέρτατος.

Malus	κακότερος	Pessimus.
Κακὸς	κακίων	
	χείρων	
	χερείων.	
	pejor: κάκιστος, χέρειστος	

Μικρὸς	μικρότερος	μικρότατος, Minimus.
Parvus	μείων, minor	
	ἧσσων, ἥσσων	
	ἐλάττων, ἐλάσσων	ἐλάχιστος.

Μέγας, μείζων & μάσσων, μέγιστος, magnus, major, maximus.
Αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος, turpis.
Ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος, inimicus.
Ῥᾴδιος, ῥᾴων, ῥᾷστος, facilis.
φίλος, φίλτερος, φίλτατος & φίλιστος, Poët. amicus.

Attici formant multa per ίστερος & ίστατος, & nonnulla per έστερος & έστατος, à Possessivis in ος.

λάλος,

Λάλος, λαλίστερος, λαλίστατος, loquax.
Ὀλίζος, ὀλιγίστερος, ὀλιγίστατος vel ὀλίγιστος, raucus, &c.

Comparantur etiam
- Substantiva: ut { κέρδος lucrum, κερδίων, κέρδιστος. / κῦδος gloria, κυδίων, κύδιστος.
- Pronomen: αὐτός, αὐτότατος.
- Verbum: { Βάλλω, βέλτερος, βέλτιστος. / φέρω, φέρτερος, φέρτατος, φέριστος & φέρτιστος.
- Adverbia: { Ανω supra, ἀνώτερος, ἀνώτατος. / Μάλα valdè, μᾶλλον, μάλιστα. / Κάτω infra, κατώτερος, κατώτατος. / Πόρρω longè, πορρώτερος, πορρώτατος. / Πέραν ultrà, περαίτερος, περαίτατος. / Ἔξω extra, ἐξώτερος, ἐξώτατος. / Ἐγγὺς propè, ἐγγύτερος, ἐγγίων, ἐγγύτατος vel ἔγγιστος.
- Præpositiones: { Ὑπὲρ super, ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, per Sync. ὕπατος. / Πρὸ ante, πρότερος, πρότατος, πρόσθε, πρῶτος.
- Participium: { Ἐρρωμμένος robustus, ἐρρωμμένστερος, ἐρρωμμένστατος.

Pronomina.

Pronomina Primitiva sunt ἐγὼ ego, σὺ tu, ἕ sui.

Possessiva sunt ἐμὸς meus, σὸς tuus, ὅς vel ἑὸς suus, νωΐτερος noster duorum, σφωΐτερος vester duorum, ἡμέτερος noster, ὑμέτερος vester, σφέτερος suus.

Demonstrativa sunt ὅδε hic, ἐκεῖνος ille.

Relativum unum, αὐτὸς ipse.

Composita sunt ἐμαυτοῦ mei ipsius, σεαυτοῦ tui ipsius, ἑαυτοῦ sui ipsius.

Ἐγὼ, Ego.

Sing. Nom. ἐγὼ, Gen. ἐμοῦ, Dat. ἐμοὶ, Acc. ἐμὲ, & per Apharesin μοῦ, μοὶ, μέ.
Dual. Nom. & Acc. νῶϊ, νώ, Gen. & Dat. νῶϊν, νῷν.
Plur. Nom. ἡμεῖς, Gen. ἡμῶν, Dat. ἡμῖν, Acc. ἡμᾶς.

Σὺ

Σὺ tu.

Sing. σὺ, σοῦ, σοὶ, σέ. Dual. σφῶϊ, σφῶ, σφῶϊν, σφῷν. Plur. ὑμεῖς, ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς.

ἕ sui.

Sing. Nom. caret, Gen. ἕ, οἷ vel ἑοῖ, ἕ. Dual. σφωέ, σφέ, σφωΐν, σφίν. Plural. σφεῖς, σφῶν, σφίσι, σφᾶς.

Reliqua per tria genera more Adjectivorum, & ut nomina ſecundæ & tertiæ Declinationis inflectuntur.

ἐμὸς, ἐμὴ, ἐμὸν.	οὗτος, αὕτη, τοῦτο.
ἡμέτερος, ἡμετέρα, ἡμέτερον.	ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο.
νωΐτερος, νωϊτέρα, νωΐτερον.	αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτό.
σὸς vel τεὸς, σὴ, τεὴ, σὸν, τεὸν.	ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῆς, ἐμαυτοῦ.
σφωΐτερος, σφωϊτέρα σφωΐτερον.	σαυτοῦ, σαυτῆς, σαυτοῦ.
ἑὸς vel ὅς, ἑὴ vel ἥ, ἑὸν vel ὅν.	ἑαυτοῦ, ἑαυτῆς, ἑαυτοῦ.
σφέτερος, σφετέρα, σφέτερον.	

Sing. Nom. οὗτος, αὕτη, τοῦτο, Gen. τούτου, ταύτης, τούτου; Dat. τούτῳ, ταύτῃ, τούτῳ, Acc. τοῦτον, ταύτην, τοῦτο.

Dual. Nom. & Acc. & Voc. τούτω, ταύτα, τούτω, Gen. & Dat. τούτοιν, ταύταιν, τούτοιν.

Plural. Nom. οὗτοι, αὗται, ταῦτα, Gen. τούτων, Dat. τούτοις, ταύταις, τούτοις, Acc. τούτους, ταύτας, ταῦτα.

Sic variatur etiam ἐκεῖνος.

Pronomina Compoſita quæ carent Nominativo.

Gen. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῆς, ἐμαυτοῦ. Gen. σαυτοῦ, σαυτῆς, σαυτοῦ. Gen. ἑαυτοῦ, ἑαυτῆς, ἑαυτοῦ.

Pronomen Indefinitum τὶς τὶ.

Ὁ τὶς vel τὶς, τοῦ τινος & τέου, τῷ τινι & τέῳ, τὸν τινα & τέα, ὦ τὶ.

Ἡ τὶς, τῆς τινος, τῇ τινι, τὴν τινα.

Τὸ τὶ, τοῦ τινος, τῷ τινι, τὸ τὶ.

Verbum

Verbum.

Conjugationes, συζυγίαι, sunt tredecim: sex Barytonorum, tres Contractorum, quatuor Verborum in μι.

Vocantur Barytona, quia gravem habent tonum in ultima, qui non appingitur, sed subintelligitur, ut accentus sit in penultima.

Conjugationes verborum dignoscuntur per literas Characteristicas, quæ figurativæ vel indices appellantur.

Litera Characteristica est quæ præcedit ω vel ομαι. Sed in πτ, κτ, μν, prior litera est Characteristica.

Characteristicæ Conjugationis

Primæ	π τέρπω	πέρψω	πέπερφα		Delecto.
	β λείβω Fu.	λείψω Pr.	λέλειφα		Sacrifico.
	φ γράφω ψω	γράψω φα	γέγραφα		Scribo.
	πτ τύπτω	τύψω	τέτυφα		Verbero.
Secundæ	κ πλέκω	πλέξω	πέπλεχα		Plico.
	γ λέγω Fu.	λέξω, Præt.	λέλεχα		Dico.
	χ βρέχω, ξω	βρέξω κα	βέβρεχα		Curro
	κτ τίκτω	τέξω	τέτοκα		Pario
Tertiæ	τ ἀνύτω Fut.	ἀνύσω Præt.	ἤνυκα		Perficio
	δ ᾄδω σω	ᾄσω κα	ᾖκα		Cano.
	θ πλήθω	πλήσω	πέπλησμαι		Impleo
Quartæ	ω πλάττω Fu.	πλάσω Præ	πέπλασμαι		Fingo
	π ὀρύττω σω &	ὀρύξω κα &	ὄρυχα		Fodio
	ζ * φράζω ξω	φράσω χα	πέφρακα		Dico.
Quintæ	λ ψάλλω	ψαλῶ	ἔψαλκα		Psallo. (o.
	μ νέμω	νεμῶ	νενέμηκα		Distribu-
	ν φαίνω Fu.	φανῶ Præt.	πέφασκα		Ostendo.
	ρ σπείρω ῶ	σπερῶ κα	ἔσπαρκα		Sero.
	μν τέμνω	τεμῶ	τετμηκα		Scindo.

Sextæ ω purum, πίω, Fut. πίομαι, Præt. πέπωκα, honoro.

* Nonnulla in ζω habent ξω, ut οἰμώζω, οἰμώξω, & alia in αω habent σω & ξω.

In

In voce Activa & Media octo sunt tempora, Præsens χρόνος ἐνεστὼς· Præterit. Imperf. Παρατατικός. Perfectum, Παρακείμενος. Pluſq. perf. Ὑπερσυνελικός. Aor. primus & ſecundus, Ἀόριστος πρῶτος καὶ δεύτερος. Futurum primum & ſecundum, Μέλλων πρῶτος καὶ δεύτερος. In Paſſiva additur Paulò poſt Fut. Μετ' ὀλίγον μέλλων χρόνος.

Modi, Ἐγκλίσεις,

Quinque ut apud Latinos; Indicativus, Ὁριστική· Imperativus, Προστακτική. Optativus, Εὐκτική. Subjunctivus, Ὑποτακτική. Infinitivus, Ἀπαρέμφατος.

Regulæ.

Cum prima Perſona pluralis exit in μεν, prima dualis deeſt. Cum tertia pluralis exit in σι vel ν, tertia dualis eadem eſt cum ſecunda.

Modus Indicativus, à quo omnes alii Modi deducuntur.

Tempus Præsens.

S.	τύπτω, τύπτεις, τύπτει·	*Verbero.*
D.	τύπτετον, τύπτετον·	
P.	τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.	

Unde Imperfectum.

S.	ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε·	*Verberabam.*
D.	ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην.	
P.	ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον,	

Futurum primum.

S.	τύψω, τύψεις, τύψει·	*Verberabo.*
D.	τύψετον, τύψετον·	
P.	τύψομεν, τύψετε, τύψουσι.	

Unde Aoriſtus primus.

S.	ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε·	*Verberavi.*
D.	ἐτύψατον, ἐτυψάτην·	
P.	ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.	

Per-

Perfectum.

S. τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε. *Verberavi.*
D. τετύφαμεν, τετύφατον.
P. τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι.

Unde pluſquam perfectum.

S. ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει. *Verberaveram.*
D. ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτον.
P. ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

Aoriſtus ſecundus.

S. ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε. *Verberavi.*
D. ἐτύπομεν, ἐτύπετον.
P. ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Unde futurum ſecundum.

S. τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ. *Verberabo.*
D. τυπεῖτον, τυπεῖτον.
P. τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Modus Imperativus.

Præſens & Imperfectum.

S. τύπτε, τυπτέτω. *Verbera.*
D. τύπτετον, τυπτέτων.
P. τύπτετε, τυπτόντων.

Aoriſtus primus.

S. τύψον, τυψάτω. *Verberato tu.*
D. τύψατον, τυψάτων.
P. τύψατε, τυψάντων.

Aoriſtus ſecundus.

S. τύπε, τυπέτω. *Verberato tu.*
D. τύπετον, τυπέτων.
P. τύπετε, τυπόντων.

Perfectum & Pluſquam Perfectum.

S. τέτυφε, τετυφέτω. *Verberaveris.*
D. τετύφετον, τετυφέτων.
P. τετύφετε, τετυφόντων.

Modus

Modus Optativus.

Præsens & Imperfectum, εἴην

S. τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι Utin. *Verberem.*
D. τύπτοιτον, τυπτοίτην
P. τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν.

Futurum primum.

S. τύψοιμι, τύψοις, τύψοι *Verberarem.*
D. τύψοιτον, τυψοίτην
P. τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν.

Aoristus primus.

S. τύψαιμι, τύψαις, τύψαι *Verberaverim.*
D. τύψαιτον, τυψαίτην
P. τύψαιμεν, τύψαιτε, τύψαιεν.

Aoristus Æolicus Atticis usitatissimus.

S. τύψειαν, τύψειας, τύψειε *Verberaverim.*
D. τυψείατον, τυψειάτην
P. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν.

Perfectum & Plusquam Perfectum.

S. τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι. *Verberavissem.*
D. τετύφοιτον, τετυφοίτην
P. τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

Aoristus secundus.

S. τύπoιμι, τύπoις, τύπoι *Verberaverim.*
D. τύπoιτον, τυπoίτην
P. τύπoιμεν, τύπoιτε, τύπoιεν.

Futurum secundum.

S. τυπoῖμι, τυπoῖς, τυπoῖ *Verberavero.*
D. τυπoῖτον, τυπoίτην
P. τυπoῖμεν, τυπoῖτε, τυπoῖεν.

Modus Subjunctivus.

Præsens & Imperfectum, ἐὰν

S. τύπτω, τύπτῃς, * τύπτῃ *Si verberem vel verberarem.*
D. τύπτητον, τύπτητον
P. τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι.

* Iones addunt σι tertiis personis singularibus, ut τύπτησι pro τύπτῃ.

Aoristus primus, ἐὰν

S. τύψω, τύψῃς, τύψῃ. *Si verberavero.*
D. τύψητον, τύψητον.
P. τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι.

Aoristus secundus, ἐὰν

S. τύπω, τύπῃς, τύπῃ. *Si verberavero.*
D. τύπητον, τύπητον.
P. τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι.

Perfectum & Pluſquam Perfectum, ἐὰν

S. τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ. *Si verberaverim.*
D. τετύφητον, τετύφητον.
P. τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι.

Modus Infinitivus.

Præſens & Imperf. τύπτειν.
Futurum primum, τύψειν.
Aoriſtus primus, τύψαι.
Perfectum & Pluſquam, τετυφέναι.
Aoriſtus ſecundus, τυπεῖν.
Futurum ſecundum, τυπεῖν.

Participium.

Præſens & Imperfectum.

M. ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος. *Verberans.*
F. ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης.
N. τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.

Futurum primum.

M. ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος. *Verberaturus.*
F. ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης.
N. τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.

Aoriſtus primus.

M. ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος. *Qui verberavit.*
F. ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης.
N. τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.

Perfectum

Perfectum & Pluſquam Perfectum.

M. ὁ τετυφὼς, τοῦ τετυφότος. Qui verberavit.
F. ἡ τετυφυῖα, τῆς τετυφυίας.
N. τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.

Aoriſtus ſecundus.

M. ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος. Qui verberavit.
F. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης.
N. τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.

Futurum ſecundum.

M. ὁ τυπῶν, τοῦ τυπῶντος. Verberaturus.
F. ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης.
N. τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

Cognata tempora in Voce Activa.

	Indicat.	Imper.	Optat.	Sub.	Infin.	Partic.
Præſ.	τύπτω	τύπτε	τύπτοιμι	τύπτω	τύπτειν	τύπτων
Imp.	ἔτυπτον					
Perf.	τέτυφα	τέτυφε	τετύφοιμι	τετύφω	τετυφέναι	τετυφὼς
Pluſq.	ἐτετύφειν					
Fut. α.	τύψω		τύψοιμι		τύψειν	τύψων
Aor. α.	ἔτυψα	τύψον	τύψαιμι	τύψω	τύψαι	τύψας
Aor. β	ἔτυπον	τύπε	τύποιμι	τύπω	τύπειν	τυπὼν
Fut. β.	τυπῶ		τυποῖμι		τυπεῖν	τυπῶν

	Indicat.	Imper.	Optat.	Subjun.	Infin.	Part.
Præſ.	λέγω	λέγε	λέγοιμι	λέγω	λέγειν	λέγων
Imp.	ἔλεγον					
Perf.	λέλεχα	λέλεχε	λελέχοιμι	λελέχω	λελεχέναι	λελεχὼς
Pluſq	ἐλελέχειν					
Fut. α	λέξω		λέξοιμι		λέξειν	λέξων
Aor. α	ἔλεξα	λέξον	λέξαιμι	λέξω	λέξαι	λέξας
Aor. β	ἔλεγον	λέγε	λέγοιμι	λέγω	λέξειν	λεγὼν
Fut. β	λεγῶ		λεγοῖμι		λεξεῖν	λεγῶν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	πείθω	πεῖθε	πείθοιμι	πείθω	πείθειν	πείθων
Imperf.	ἔπειθον					
Perf.	πέπεικα	πέπεικε	πεπείκοιμι	πεπείκω	πεπεικέναι	πεπεικώς
Pluſq.	ἐπεπείκειν					
Fut. a.	πείσω		πείσοιμι		πείσειν	πείσων
Aor. a.	ἔπεισα	πεῖσον	πείσαιμι	πείσω	πεῖσαι	πείσας
Aor. β.	ἔπιθον	πίθε	πίθοιμι	πίθω	πιθεῖν	πιθών
Fut. β.	πιθῶ		πιθοῖμι		πιθεῖν	πιθεῖν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præs.	φείδομαι	φείδου	φειδοίμην	φείδωμαι	φείδεσθαι	φειδόμενος
Imperf.	ἐφειδόμην					
Perf.	πέφεισμαι	πέφεισο	πεφεισμένος εἴην	πεφεισμένος ὦ	πεφεῖσθαι	πεφεισμένος
Pluſq.	ἐπεφείσμην					
Fut. a.	φείσομαι		φεισοίμην		φείσεσθαι	φεισόμενος
Aor. a.	ἐφεισάμην	φείσαι	φείσαιμι	φείσωμαι	φείσασθαι	φείσας
Aor. β.	ἐφειδόμην	φείδου	φειδοίμην	φείδωμαι	φείδεσθαι	φειδόμενος
Fut. β.	φείσομαι	φείδεσο	φειδοῖμην	φείδωμαι	φείδεσθαι	φειδόμενος

Indicat.

FILE. B. 1933

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præſ.	σπείρω	σπεῖρε	σπείροιμι	σπείρω	σπείρειν	σπείρων
Imperf.	ἔσπειρον					
Perf.	ἔσπαρκα	ἔσπαρκε	ἐσπάρκοιμι	ἐσπάρκω	ἐσπαρκέναι	ἐσπαρκὼς
Pluſq.	ἐσπάρκειν					
Fut. α.	σπερῶ		σπερεῖμι		σπερεῖν	σπερῶν
Aor. α.	ἔσπειρα	σπεῖρον	σπείραιμι	σπείρω	σπεῖραι	σπείρας
Aor. β.	ἔσπαρον	σπάρε	σπάροιμι	σπάρω	σπάρειν	σπαρὼν
Fut. β.	σπαρῶ		σπαροῖμι		σπαρεῖν	σπαρῶν

	Indicat.	Imperat.	Optat.	Subjunct.	Infin.	Particip.
Præſ.	ἀγνύω	ἄγνυε	ἀγνύοιμι	ἀγνύω	ἀγνύειν	ἀγνύων
Imperf.	ἄγνυον					
Perf.	ἔαγα	ἔαγε	ἐάγοιμι	ἐάγω	ἐαγέναι	ἐαγὼς
Pluſq.	ἐάγειν					
Fut. α.	ἀξω		ἀξοιμι		ἀξειν	ἀξων
Aor. α.	ἔαξα	ἄξον	ἄξαιμι	ἄξω	ἄξαι	ἄξας
Aor. β.	ἔαγον	ἄγε	ἀγοίμι	ἀγω	ἀγεῖν	ἀγὼν
Fut. β.	ἀγῶ		ἀγοῖμι		ἀγεῖν	ἀγῶν

Temporum Formatio.

Præsens.

Præsens est thema & fundamentum, ut τύπτω.

Imperfectum.

Imperfectum formatur à Præsenti, mutando ω in ον, & præponendo augmentum, ut τύπτω, ἔτυπτον.

Augmentum.

Augmentum est duplex: Syllabicum, αὔξησις συλλαβική, & Temporale, χρονική. Syllabicum augmentum est ε, cùm verbum incipiat à consonante, tunc enim ε præfigitur Imperfecto, Plusquam perfecto, Aoristo primo, Aoristo secundo Modi Indicativi, sed non in reliquis Modis.

Attici mutant ε Syllabicum augmentum in Temporale η, ut ἔμελλον, ἤμελλον, futurus eram.

Verbis incipientibus ab ο vel ω, Attici præfigunt ε, ut ὁράω, ἑώρων, videbam.

Poëtæ præponunt ε Aoristis, sive à vocali, sive à diphthongo incipientibus, ut ἔειπα pro εἶπα, dixi.

Si verbum incipiat à ρ, geminatur ρ post ε, ut ῥίπτω, ἐῤῥίπτον.

Temporale Augmentum.

Temporale Augmentum est, cùm verbum incipiat à mutabili vocali, vel à mutabili diphthongo.

Mutabiles vocales sunt α, ε, ο· α & ε mutantur in η, ut ἀκούω, ἤκουον, audiebam: ἐλαύνω, ἤλαυνον, veniebam: & ο in ω, ut ὀρύττω, ὤρυττον, fodiebam.

Mutabiles diphthongi sunt αι, αυ, οι· αι mutatur in η, ut αἴρω, ἦρον, tollebam: αυ in ηυ, ut αὐξάνω, ηὔξανον, augebam: οι in φ, ut οἰκίζω, ᾤκιζον, ædificabam.

Si verbum incipiat ab immutabili vocali, vel ab immutabili diphthongo, idem erit initium omnium temporum.

Im-

Immutabiles { Vocales { η, ἠχέω, ἤχεον, ſono, ſonabam. ι, ἰξάω, ἴξαον, viſco aves capio. υ, ὑβείζω, ὕβειζον, injuriâ afficio. ω, ὤθω, ὤθων, impello. } Diphthongi { ει, εἰκάζω, ἔικαζον, aſſimilo. ευ, εὐθύνω, ἤθυνον, dirigo. υ, ὑτάζω, ὕταζον, vulnero. }

Attice tamen εὐ *mutatur in* ηυ, *ut* δ' ἤχομαι, ηὐχόμην, *oro, orabam: &* εἴδω, *ſcio, pluſquam perfectum* εἰδήκειν, *per Syncop.* εἴδειν, *& Att.* ᾔδειν *ſciveram.*

Exceptiones.

Quatuor ſunt verba incipientia ab α, quæ augmentum non admittunt, ut ἄω, ἄον, ſpiro: ἀΐω, ἄϊον, audio: ἀηδέω, ἀήδεον, infuetus ſum: ἀηδίζομαι, ἀηδίζόμην, tædio afficior.

Quædam ab ε incipientia in imperfecto adſciſcunt ι, ut ἔχω, εἶχον, habeo: ἕλω, εἷλον, capio: ſed ἕλκω, ἑλκύω, ἑλκίζω, traho: ἕρπω, ἑρπίζω, ſerpo: ἑστήκω, ſto: ἕπομαι, ſequor: ἑρέω, dico: ἑστιάω, convivio excipio: ἕζω, ſedeo: ἐάω, ſino: ἕω, induo: ἑρύω, traho: ἐθίζω, aſſuefacio: ἐργάζομαι, operor: ἔπω, εἶπον, dico, quod ſervat augmentum in omnibus modis: ἔθω, aſſuefacio, præteritum medium εἴωθα, interpolito ω.

E *ante* ο *non mutatur, ſed* ο *in* ω *vertitur, ut* ἑορτάζω, ἐώρταζον, *feſtum celebro.*

Quædam etiam ab οι incipientia, nullum habent augmentum: ut οἰδάνω, οἴδανον, tumeo: οἰκουρέω, domum cuſtodio: οἰνόω, in vinum verto: οἰμάω, concito; & quædam alia.

De Augmentis Compositorum.

Verba habent augmentum in initio, si componantur vel cum

- Nomine, ut φιλοσοφέω, ἐφιλοσόφουν, philosophor.
- Præpositione quæ non mutat significationem verbi, ut καθεύδω, ἐκαθεύδον, dormio: vel si simplicia nullo sint in usu, ut ἀντιβολῶ, supplico, ἀντιβόλουν· ἐμμελῶ, ἠμέλουν, curo.
- ὁμῶς vel ὁμῦ, & α privativa particula: ut ἀφρονέω, ἠφρόνουν, insipiens sum; ὁμολογέω, ὡμολόγουν, confiteor.

Augmentum erit in medio inter præpositionem & verbum, si

- Præpositio mutet significationem verbi, ut καταγινώσκω, κατεγίνωσκον, condemno; ἀπολαύω, fruor, ἀπέλαυον.
- Componatur cum δυς & εὖ, ut δυσαρεστέω, δυσηρέστουν, displiceo; εὐεργετέω, εὐηργέτουν, benefacio: nisi consonans vel immutabilis vocalis sequatur, ut δυστυχέω, ἐδυστύχουν infœlix sum.

Quædam & in principio & in medio augentur, ut ἐνοχλέω, ἠνώχλουν, turbo; ἀνορθόω, ἠνώρθουν, corrigo.

Præpositiones in compositis præfixæ vocalibus suam propriam vocalem amittunt, tam in præsenti quam in præterito, ut περακούω, παρήκουον, perperam audio.

Excipe περὶ & προὶ, quæ nunquam vocalem amittunt, & aliquando ἀμφί· περὶ autem sæpe contrahitur, ut περιέχω, πρόχω, præcedo.

Præpositio mutat suam tenuem in aspiratam, si verbum incipiat ab aspirata, ut καθάπτομαι, attingo, à κατὰ & ἅπτομαι. *Regula.*

Regula.

Ioues ex omnibus Imperfectis abjiciunt augmentum, ut τύπτε pro ἔτυπτε.

Futurum primum.

Formatur à præsenti, mutando ultimam syllabam in conjugatione

Prima	in	ψω.
Secunda		ξω.
Tertia		σω.
Quarta		αινω, cũ duplici αν, & πω cum duplici π in ξω, sed ζω in σω.
Quinta		λῶ, μῶ, νῶ, ῥῶ, circumflexa.
Sexta		σω.

Regula.

Penultima futuri primi semper longa, nisi in quinta conjugatione, ubi semper brevis est, vel elidendo secundam consonantem, ut τέμνω, τεμῶ, scindo; vel secundam vocalem diphthongi, ut φαίνω, φανῶ, ostendo; vel breviando ancipitem, ut κείνω, κεινῶ, judico.

Dissyllaba in έω formant futuram in έσω, ut πλέω, navigo, πλεύσω· ῥέω, fluo, ῥεύσω· præter δέω, δήσω, ligo, ligas.

Tria sunt futura quæ spiritum thematis non servant, ut θρέψω, à τρέφω, nutrio; θρέξω à τρέχω, curro; ἕξω ab ἔχω, habeo, ob differentiam adverbii ἔξω, extra.

In polysyllabis quartæ conjugationis Attici tollunt ζ & circumflectunt ῶ, ut νομίζω, νομιῶ, arbitror; βαδίζομαι, βαδιοῦμαι, gradior.

Dores mutant in quarta conjugatione ζω in σδω, ut κωμάσδω pro κωμάζω, lascivio; & futura in σω & ξω, ut βαδίζω, βαδίσω, βαδίξω, & κλείω, claudo, κλείσω, κλειξῶ & κλεισῶ.

Æoles

Æoles efferunt Futurum in ῶ per σω, ut ὄρω, ὀρῶ, ὄρσω.

Poëtæ in futuro sextæ conjugationis sæpe abjiciunt σ, ut εὕρω, inveniam, pro εὕρσω, à εὑρέω· κλείω claudam, pro κλείσω· & κέω, seu μείω cubabo, pro κέσω à κέω.

Aoristus primus.

Aoristi sunt tempora incertæ significationis, cùm incertum sit an paulo ante, an multo ante præterierit.

Aoristus primus formatur à futuro primo, mutando ω in α, & præponendo augmentum, ut τύψω, ἔτυψα.

Exceptiones.

Quinque sunt Aoristi primi qui futuri primi characteristicam non assumunt, ut ἔθηκα, posui, ἔδωκα, dedi, ἧκα, misi, εἶπα, dixi, ἤνεγκα, tuli.

Penultima Aoristi primi semper longa est, unde in quinta conjugatione α mutatur in η, ut ψαλῶ, ἔψηλα, cano; ε in ει, ut σπερῶ, ἔσπειρα, sero.

Ex quibusdam Aoristis primis σ excluditur, ut pro ἔχδσα, ἔχδα, ἔχεα, *à* χέω, *fundo:* ἔκαυσα, ἔκηα, *à* καίω, *uro:* ἔσδσα, ἔσδα, *à* σδέω, *moveo:* ἤλδα, *ab* ἀλδέω, *vito:* & ἤκεια, *ab* ἀκέω, *sano.*

Præteritum perfectum.

Præteritum perfectum formatur à futuro primo, mutando in conjugatione

- Prima ψω in φα.
- Secunda ξω in χα.
- Tertia σω in κα.
- Quarta ξω in χα, & σω in κα.
- Quinta λῶ, ῥῶ, μῶ in κα, μῶ in μηκα, & νῶ in κα.
- Sexta σω in κα

Et repetitur prima consonans thematis cum ε, si verbum incipiat à simplici consonante, ut τύψω, τέτυφα, vel à muta cum liquida. Sin à duplici, tantùm, ε præponitur, ut ζάω, vivo, ἔζηκα.

Cum verbum incipiat ab aspirata, admittit suã tenuem

tenuem, ut θύω, ſacrifico, τέθυκα. Si incipiat à ῥ, geminatur ῥ, & ε tantum præfigitur, ut ῥίπτω, præcipito, ἔρριφα.

Regulæ.

